



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Cisterciensi Et Petro de Castonovo apostolicæ sedis Legatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

parochialis Ecclesiae retinere, cùm sæpe
sit talis locus incultus de quo parochialis
Ecclesia magnos percipit decimorum ra-
tione proventus. Datum Viterbij XI.
Kal. Septembris, anno decimo.

latione remota inviolabiliter observari.
Datum Viterbij XII. Kal. Septembris,
anno decimo.

CVS ENTINO ARCHIEPISCOPO
& Episcopo Marturaneus.

ABBATI CISTERCIENSI ET PETRO
de Castro novo apostolica sedis Legatis.

Epist. 111.
Ad quem perti-
neat dominum
urbis Massi-
lienfis.

SIgnificantे venerabili fratre nostro
Arelatensi Archiepiscopo cum mul-
tis Episcopis ad nostram noveritis audi-
tiā p̄venisse quod cūm cives Massili-
lienes in fecus pacis convenienter cum
eis, gravis ex parte dilecti filij nobilis viri
Hugonis de Baucio querimonia fuit pro-
posita contra eos, videlicet quod B. quon-
dam domino Massiliæ viam universæ car-
nis ingresso, cūm civitas Massiliensis ad
nobilem mulierem B. filiam ejus jure nos-
ceretur hereditario pertinere, cives ipsi
Roncelinum fratrem dicti defuncti, mo-
nachum & Subdiaconum, in Abbatem
electum, cum impetu populari de mona-
sterio extrahentes, lacerato ipsius habitu,
consentientem & volentem, in suum &
dictæ civitatis dominum non sine magna
divina majestatis offensa & gravi præfata
nobilis præjudicio assumperunt. Quam-
obrem dictus Hugo de Baucio, qui sa-
pefatam nobilem duxit legitimè in uxori-
rem, prolémque suscepit ex ea, cum nobi-
li viro W. de Baucio Principe Arausi-
ensi germano suo memoratis Episcopis
& nobis humiliter supplicavit ut cūm ipsi
fideles existant Ecclesiæ ac devoti, & ad
promotionem pacis juxta mandatum no-
strum intendant viriliter & potenter, ei-
dem Hugoni super adipiscenda hereditate
uxoris suæ dignaretur Ecclesia subvenire.
Cūm igitur occurrere debeat sedes apo-
stolica præsumptionibus malignorum &
eorum excessus pastorali sollicitudine co-
hibere, discretioni vestrae per apostolica
scripta mandamus atque præcipimus qua-
tinus in dictos cives, ut memoratum Ron-
celinum excommunicatum, apostamat,
& perjurum, à dominio suo, quod contra
proprium juramentum in contemptum
Dei & fidei Christianæ opprobrium detin-
net occupatum, prorsus amoveant, &
supradictæ nobili hereditatem restituant,
ut tenentur, per excommunicationis &
interdicti civitatis & terra adipisci domi-
nium pertinentis sententias, sublato eu-
juslibet contradictionis & appellacionis
obstaculo, sicut justum fuerit compellatis.
Attentiūs provisuri ut sententias ipsas fa-
ciatis in monasterio sancti Victoris appel-

SEdens iniquitas super talentum
plumbi quosdam malitia perversi-
tate gravatos tam miserabiliter in vio-
rum ima depresso ut latentes cūm male
fecerint, ac in rebus pessimis exultantes,
ex quadam delinquendi consuetudine in
tante prævaricatione deveneri contem-
putum ut licet per multitudinem transgres-
sionis excessus contra se non immerito pro-
vocent iram Dei, ad Ecclesiæ tamen &
ecclesiasticos viros, in reprobum sensum
dati, manus extendere non formidant,
ipsorum bona præsumptuosis ausib⁹ in-
vadentes & dantes in direptionem & præ-
dam. Credebamus sanè quod vexatio de-
disset intellectum auditui, & nobiles regni
Sicilia diutina tribulationis aculeus do-
cuisset per justitiae semitam ambulare.
Sed, quod dolentes dicimus, videntur
eorum aliqui inter flagellarum malleos
duruisse, dum eō minus ab illicitis absti-
nent quod potius persecutionis acerbitas
invalescit. Sicut enim venerabilis frater
nostrus P. Militensis Episcopus graviter
conquestus est coram nobis, nobilis vir
Comes Amfus⁹, Ecclesia Militensi vacante,
turrim ipsius, in qua confueverant
esse campanæ, fraudulenter invadens, Co-
miti R. fratri suo assignavit eandem: qui
tan Episcopum ipsum quam Ecclesiæ
suam intolerabili vexatione fatigans, do-
mos episcopales & Canonicorum etiam
& Clericorum Militenſium occupavit, il-
las ad usum suum & suorum minus hone-
stè quam deceat retinendo. Frumentum
insuper, vinum, hordeum, & alia bona
tam Episcopi quam Ecclesiæ capiens, ipsa
pro sua voluntatis arbitrio dissipat & con-
sumit, ac homines ejusdem Ecclesiæ in-
debitis angariis & variis gravaminibus
non definit molestare. Præterea Canoni-
cos & Clericos Militenses sine causa ra-
tionabili saepè capiens, quosdam tamdiu detinet
carcerali custodia mancipatos donec ip-
sos ad intollerabilem ferè redemptionem
adducit. Dictus etiam Comes R. cūm
quoddam castrum de novo construxerit,
& homines Ecclesiæ nequirit inducere ut
habitarent ibidem, caſale de Karna ad
eandem Ecclesiæ pertinens dissipavit,
eosdem homines de locis propriis expel-

Epist. 111.
De protectione
Episcopi Mil-
tensis advenis
Comitem Am-
fusum.